

§. 8. Ad quam recipiendam, electi sunt; Joannes Golecz de Zotezka et Stephanus Praschoczi: Ut ad diem et locum, per Spectabilem et Magnificum Dominum Thomam de Nadasd, Banum, praefigendum, accedere et ipsam rationem recipere debeant: Quo, et Regia Majestas hominem Suae Majestatis missura est.

Omnis generis moneta suo in valore maneat et recipiatur.

Articulus 26.

Moneta omnis generis, in suo valore currat et recipiatur.

§. 1. Cruciferi quoque septuaginta quinque, pro uno floreno; et grossi quatuor cruciferorum, similiter pro sedecim Viennensibus *) recipiantur.

V I C T U A L I A.

Hajdona	{	In Veröcze . .	{	den. 25.	Porcus medii anni	{	den. 50.			
		In Ujudvar . .		den. 32.	Suellus unus { intra {		den. 4. { in {	den. 5.		
		In Velike . .		den. 32.	Anser unus { Reg- {		den. 3. { con- {	den. 4.		
Czirok				den. 20.	Capo	{	Reg- {	den. 3. {	fini- {	den. 4.
Pinta vini, infra Quadragesim.			den. 2.	Gallina	{					
Bos unus arabilis			flor. 12.	Pullus unus						
Vacca mulgibilis			flor. 6.	Carnium bovinarum funta una .						cruc. 1.
Porcus castratus saginatus .			flor. 2.	Carnium porcinarum funta una .						den. 2.
Porcus castratus non saginatus			flor. 1.	Capreolus unus						den. 6.
Porca una			flor. 1.	Capra una						den. 25.

FERDINANDI I. IMPER. & REGIS, DECRETUM VI. POSON. ANNI 1542.

Petrus Keglevyth proscriptus.

Articulus 43.

Quia palam est, Magnificum quondam Casparem Ernust de Chaktornya, nullis haeredibus post se relictis, annis superioribus ab hac luce discessisse, unversaque castra, castella et bona, ac jura ipsius possessionaria, ad Sacram Regni Ungariae Coronam, consequenterque jam fatum Dominum nostrum Regem, absque omni dubio, de jure et de facto devoluta extitisse:

§. 1. Magnificus vero Petrus Keglevyth, asserens seipsum per eundem Casparem, constitutum esse testamentarium tutorem filiae suae, relictæ ejusdem Casparis, consequenterque haeredis nascituri, (praetexabat enim Petrus ipse, filiam suam a marito praegnantem remansisse) castra ejusdem Casparis, Chaktornya et Strigo in Szaladiensi; Szent-György et castellum Kaproncza in Crisiensi Comitatus existentia et habita, contra clarissima jura Fisci Regii, sub eodem praetextu, quo filiam gravidam esse fingeat, intercipiendo, donec tempus pariendi advenisset, in manifestam Regiae Majestatis injuriam tenere ausus est:

§. 2. Interim autem Sua Majestas, ne infans quispiam supposititius nomine haeredis ederetur, aliquod Nobilibus, honestisque et fidedignis matronis, ad

*) Id est; obulis.